

approbantur vel reprobantur. Ita quod vix sedes apostolica approbavit
 hodie teneatur acceptum et quod illa reprobavit hactenus inefficax habeatur
 quanto potius ergo que ipsa pro catholica fide pro sanis dogmatibus pro
 varijs et multipharijs necessitatibus ecclesie et moribus fidelium di-
 uerso tempore scripsit omni debent honore preferri et ab omnibus pro-
 fus in quibuslibet oportunitatibus discretionem vel dispensationem reueren-
 ter assumi ubi glosa ar. q. illud quod papa approbat vel reprobat et
 nos approbare vel reprobare debemus ut 22. q. 1. hec est fides et. 37. q. 9.
 venia. Itē in p̄ma glo. 19. dis. dicitur quod decretalis epla siue generalis sit
specialis dūmo ad aliquid diffiniatur per eam pro iure generali habē
da est ut. 16. q. 3. licet et de sen. et re. iudi. in causis. Item p cano. q̄uis
21. dis. et p. c. sacrosancta. 22. dis. in. quos in forma ponere causa breuita
tis omittit.

Verum quod nunc ostensum est quod licitum sit emere et vendere redditus cer-
 tos ad tempus incertum puta fructus agri aut vinee quos deus et natu-
 ra dederint annuatim ad vitam vel perpetuum. Cū hō dicendū quod quibus
 istud videatur satis clare licitum ex auctoritatibus et rationibus pro ter-
 tia parte prime conclusionis supra productis que non minus sed potius
 magis videntur concludere pro hac forma istius contractus quam pro pri-
 ma sic quod pro ut licitum est emere et vendere redditus certos ad tempus in-
 certum. Ita licitum est emere et vendere fructus seu redditus incertos
 ad tempus incertum. Quia tamē Ray. et Goff. dixerūt hunc contractum
usurarium pro eo quod homines sperant diutius vivere et sic se amplius
percipere de fructibus talis possessionis quam sit premia quam dederunt sic
ementes et sic sola spe et intentione contrahitur usura ut in c. consuluit de
usuris hoc argumentum in effectu positum est superius contra primam con-
clusionem et solutum a solutio ibidem posita hic sufficeret. Sed quia ali-
qui doctores specialiter tractant modum huius contractus prefatum
idcirco decreui ipsorum sententias hic apponere. Hostien. enim in sum-
ma titulo de usu. §. An aliquo casu v. quid de hoc qui emit ab ecclesia
vel monasterio reprehendit opinionem Ray. et Goff. dicens quod salva eo-
rum pace illud scilicet sperare amplius recipere potest euenire in quo